Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



53

gloriæ fratris congaudebant, cujus et ipsa mox patrimonio facta sunt, dum imperatum a fratre gladii ictu utraque excepit constanter et aerde. | ~~Die~~ De die trium phi hujus nil certi constat. Colunturtamen sanctitatis Martyres die 21 Augusti. Locus martyrii haud procul Aleira oppido nobili fuit: unde Bernardus Aleiranus, aut a loco natalium Carletensis, aut Populetanus a suo monasterio ~~eamin~~ cognominatur. Veneratur Aleira sanctum hunc Bernardum velut loci Patronum, quem propitium ac potentem apud deum intercessorem in multis experti frequenter visitant et celebrant solenniter annive saria festivitate. Vid. etiam Henriques Menol. ad 23 Aug.

/Martyrium hoc ad an. 1180 reponit Manriques Annal.

72) De eo Martyrologium Romanum ad IIII Nonas Decembris; Senis in Insula Sancti Galgani eremita. Ejus vitam scripsere plures: e quibus Bolandus Pijus quinto post mortem anno Sanctorum canonum adscriptum esse, tradit, ob innumera, quibus ~~ejus~~ claruit, miracula. Habitum Cisterciensem ab Abbate Casamari acceperat. Plura vide apud Manriquem Annal. ad an. 1181 c. 3, 4, et 5. Ejus festum die 3 Decembris celebratur in toto ordine Cisterciensi.

73) Sapientia et sanctitate illustris, compilavit vitam S. Bernardi Claravallensis, obiit in monasterio Lipetoni, cujus primus Abbas fuerit, sepultus vero est in Claravalle. Manriques Annal. ad an. 1182 c. 3.

74) Idem auctor ad an. 1173 c. 6.

75) Henriques Menol. ad Cal. Januarii.

76) Festum spineæ Coronæ in Gallia celebre a temporibus ferme Caroli M. Galli auctores asseverant. Ab ab Ordine Cisterciensi receptum hactenus non fuerat. Suasit proinde Hugo Patribus Cisterciis conscriptis, ut festum hoc etiam sacro Ordini commune fuerent; et non sine miraculo persuasit. Quotquot enim ~~pro~~ ~~ipsius~~ consilio obstitebant, vehementi subito dolore capitis, eorum principes phrenesi correpti sunt. Quare unanimi calculo festum Dominicæ coronæ introductum ~~ha~~ est. diebum celebratur die 11 Augusti. Dionysius Parisiensis apud Manriquem Annal. ad an. 1183. Attamen tunc temporis universaliter non præceptum fuisse sed permissum tantum quibusdam monasteriis, ~~inde~~